



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 58. Continuata Michaelis Baji caussa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

datur, illudque die octava Martii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octavo Vissemburgi, seu Albæ Juliæ instituitur, atque ad decem omnino dies protrahitur; ubi comparuerat ipsemet Blandratus, comitantibus eum Francisco Davide, Basilio Claudiopolitano Ministro, Demetrio Hunniada, Paulo Julio, Joanne Sinningo, Morosino, Martino Albano, Benedicto Quartio, & Gregorio Vagnero, qui omnes in existimatæ reformationis Ecclesiis Viri erant conspicui; præprimis vero Blandratus contra Sanctissimæ Triadis Mysterium, Christi Domini Divinitatem, ejusque duplicem in una Persona naturam ibidem disputabat, suasque propositiones, contra suos adversarios tam valide tuebatur, ut Princeps, & Regiæ Aulæ Proceres eidem palam applaudent.

Sæcul. XVI.
A. C. 1568.

§. LVIII.

Continuata Michaelis Baji causa.

Interea immoto studio semper causa Michaelis Baji in Belgio urgebatur; postquam enim Morillonius generalis Vicarius tam hujus Doctoris, quam focii ejus Hesseli liberos intercipi jusserat, idem ineunte hoc anno Domini millesimo quingentesimo sexcentesimo octavo Fratres Minores utriusque hujus Doctoris

*Op. Baji
tom. 2. p. 71,
num. 198.*

Sæcul. XVI. ris erroribus addictos subigere aggre-
 diebatur, hancque ob rem Patrem
 Aversam eorum Commissarium in Bel-
 giis adesse iussit, eique præcepit, ut
 omnibus suæ Provinciæ Religiosis, ne
 deinceps propositiones per Bullam Pii V.
 damnatas propugnarent, penitus pro-
 hiberet, ac statim sui Ordinis Ministrum
 Generalem, quamprimum is in Bel-
 gium adventasset, ad ipsum Bruxellas
 conduceret, ut unacum Sanctitatis suæ
 mandatis Bullam eidem significare pos-
 set, eo fine, ut eam ipse in omnibus
 sui Ordinis Conventibus observari man-
 daret: insuper idem Vicarius Genera-
 lis Fratrem Petrum Lupum, ejusque
 Professore præsentem sanctæ Gundulæ
 Parocho tanquam Notario accersiri vo-
 luit, eisque idem interdictum signifi-
 cabat, cui etiam illi summa submissione
 acquiescebant, polliciti, quod damna-
 tas propositiones haud amplius propu-
 gnare vellent: quapropter hac de re
 die decima Januarii scriptum testimo-
 nium tradebant. Cuncta hæc hucus-
 que gesta Morillonius ad Cardinalem
 Granvellanum referebat, data epistola
 Bruxellis die vigesima Junii Anno
 Nativitate Domini millesimo quingen-
 tesimo sexagesimo octavo: ubi tamen
 addidit, quod circa ceteras Fratrum
 Minorum Provincias expectari posset
 ad-

adventus Patris Angeli Averfæ Com-
 missarii, cui data est potestas, ut nul-
 lum superiorem nisi a Baji sententiis
 alienum ad quodcunque officium ad-
 mitteret.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1568.

§. LIX.

*Morillonius Bajum accedens, ejusque
 cum ipso colloquium.*

Mense Majo Morillonius Cardinalis
 Granvellani, quas acceperat, lite-
 ras Ravesteinio, Janfenio, & Bajo trans-
 mittere jubebatur: itaque hanc obrem
 ipse ineunte Mense Junio Lovanium
 contendit, hosce Doctores invisurus.
 In hoc colloquio Bajus, quod indicta
 causa condemnatus fuisset, quereba-
 tur, simul hæc addens: „articuli per-
 „peram sunt extracti, prout facile con-
 „stare potest, si illi cum libro meo con-
 „ferantur, imo eorum nonnulli in Bul-
 „la continentur, quos tamen nunquam
 „docui: insuper Pontificio diplomate
 „deciduntur articuli semper inter vete-
 „res controversi, unde timendum, ne
 „contra hanc damnationem aliquando
 „nonnulli calamos suos acuant., Ad
 „hæc Morillonius: „miror, quod hæc
 „proferre audeas, tantamque animi ve-
 „hementiam ostendere præsumas. Post-
 „ea idem Vicarius denuo eas, quas an-
 „tea Bajus exposuit, querelas refel-
 „lens

*Lettr. de
 Morill. a
 Granvell.
 20. Juin.
 1568. Bajan.
 t. 1. p. 71.*